

matum est, neque enim dubitari potest
 intuitum clarorum hominum, si is desit,
 memoriam ipsam, frænum esse animo, ne
 in præceps peccatis vrgentibus rapiatur:
 qui hanc sibi meditationem familiarem
 fecerit, quotiens ad peccandum labi cœ-
 pit, subibit ex recordatione verecūdia, &
 manu velut à præsentē retrahetur, nec a-
 ctus soli, sed cogitationes quoq; ruborem
 exprimēt, ita repositis animi motibus te-
 stem quē natura negavit, imaginatio for-
 mabit, & in imas pectorū latebras intro-
 ducet: Mihi quidem & Cato placet & Læ-
 lius, & super omnes Scipio, sed quoniam
 nostris nunc hominibus consulendum: E-
 ligite vobis Ioannem vel Antonium, si
 horum durior sanctitas videtur, eligite ex
 eorū numero, qui & peccatum & veniam
 experti, orare pro peccātibus didicerunt
 Paulū, Augustinū, quorū nec ambiguitas
 cēsura suspecta est, quanquā nobis, qui
 nec muta simulachra, nec lapides manu-
 factos, nec vana phantasmata, nec scelera-
 tas furum & adulterorum vmbra, sed v-
 num verum immortalem ac viventem in
 sæcula Deum colimus, quid fictionibus
 opus est? Meminisse sufficiet illum cun-
 ctis actibus & cogitationibus nostris ac-

r. iiij.